



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 699. Qualiter legata etiam absoluta relinqui possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

ior necessaria est, quam victuro in religione; propagandique, & in splendore conservandi familiam &c. Unde jam etiam infirmatur ratio pro prior sententia adducta. nam etsi turpe sit & illicitum istiusmodi conditiones apponere ex odio religionis, aut sine iusta causa ex eo solum sine, ut legatarius avertatur à statu perfectione; turpe tamen non est, si fiat ex iusta aliqua causa. v.g. ad conservationem familiae vel stemmatis, vel etiam Reip. per procreationem liberorum.

10. Resp. Sexto: conditio; si religionem ingrediatur, vel Sacerdos fiat, aut Clericatum assumat, lego mille, non habetur pro non adjecta, sed valet & servanda est, aut legatum sub ea relictum dimittendum. Bald. in *Auth. cui relictum. num. 3.* Jafon. *ibid. n. 4.* Covar. *l. c. Molin. l. c. n. 6.* Gomes. *l. c. c. 12. n. 78.* Sanch. *l. c. n. 25.* Castropal. *n. 13.* Wieftn. *b. i. n. 148.* Reiffenst. *n. 654.* Arg. *c. 2. de condit. apposit. & L. Titio. §. 1. ff. de condit. & demonstr. eò quòd testator hac ratione spe lucri directè solum ad statum perfectionem oppositum statui matrimoniali allicere intendat, quòd licitum est, etsi hoc modo indirectè retrahat à contrahendo matrimonio, quatenus dicta conditio ingrediendi religionem tacite involvit conditionem non nubendi. sed neque praesumendum jura, quae tantopere favent statui Religioso, per annulationem conditionis non nubendi annullare quoque intendere conditionem ingrediendi religionem, ut AA. citati. Unde etiam legatario ingrediendi religionem, non subtrahendum, sed Monasterio concedendum legatum relictum sub conditione; si liberis acquirat legatarius juxta *Novel. 123. c. 37.* Quin etiam consequi adhuc & retinere legatarium legatum sub dicta conditione relictum, si postquam bona fide & serio animo perseverandi ingressus Monasterium aut Clericatum assumpsit, mutato dein consilio, ante expletum annum probationis, aut susceptum Subdiaconatum ad saeculum saecularemque conversationem regrediatur. Arg. *L. 7. c. de institut. & substitut. tenent. Jaf. ibidem. n. 13.* Sanch. *l. c. n. 17.* Castropal. *l. c.* Wieftn. *b. i. n. 149.* ex ea ratione, quòd seria assumptione Clericatus & Novitiatum ingressu impleta jam censetur dicta conditio secundum usum communem loquendi, qui in legum & ultimarum voluntatum interpretatione praecipue spectatur. confirmatione horum desumpta ex voto ingrediendi religionem, cui ab aliquo satisfactum per ingressum animo perseverandi in Novitiatum, etsi postea ex causa rationabili ad saeculum redeat. Notandum hic, quòd dictum hic de legatis relictis sub hujusmodi conditionibus, idem dicendum de ipsa hereditate sub iisdem relicta, ut DD. communiore.*

Quaest. 699. Qualiter legata etiam absoluta relinquì possint.

1. Resp. Primò: legata particularia quaecunque fieri possent in testamentis indubitati juris est, & quidem de jure veteri non nisi in testamentis fieri poterant. §. 10. *Instit. de fideicom. hered. L. 38. ff. de condit. & demonstr.* Facta autem in testamentis ad sui valorem regulariter requirunt easdem solennitates, quae testamentis, quibus inseruntur. Unde deficiente testamento ob defectum solennitatis alicujus, corrumpunt etiam legata profana in eo facta, etiamsi testamentum instructum clausula codicillari, ut habet communis juxta claros textus. *L. 1. ff. de jur. codicill. L. ex testamento. c. de fideicom.* Limitatur hoc ipsum variè. Primò nisi testamen-

tum praesens invalidum ob injustè praeiteritum heredem necessarium juxta clarum textum, *Novel. 115. c. 13. ad finem.* Secundò; nisi invalido testamento, haeres nihilominus fateatur veritatem de relicto in eo legato. *L. 16. c. h. r. Alex. in L. nemo potest ff. de LL. & Bart. ibidem. Clarus. §. testamentum. q. 90. n. 2.* Reiffenst. *b. i. n. 77.* Tertio, nisi apposita clausula codicillaris, de qua supra. Quarto, nisi legata sint pia. haec enim valent & praestanda, sive testamentum ab initio, sive ex post sit irritum vel rumpatur; quia haeres in eo institutus non adita hereditate, eam repudiavit ob aliam causam, ut habet sententia communis, recepta non tantum in terris Ecclesiae, sed & Imperii, uti & in utroque foro Ecclesiastico & saeculari, ut Abb. in *c. relatum. b. i. n. 6.* Covar. in *c. Raynald. b. i. §. 3. n. 11.* Clarus. §. *testamentum. q. 6.* Pirch. *b. i. n. 88.*

2. Resp. Secundò: possunt quoque legata fieri extra testamentum & sine illo, & absque heredis institutione, puta, per codicillos, epistolas. item coram Judice & Principe, vel ab intestato coram quinque testibus, Arg. *L. 22. c. de fideicom. l. 2. §. 20. ff. l. 8. §. fin. c. de codicil.* Besold. ad *7. P. Wurtemb. p. 3. tit. 26. ch. 155.* Lauterb. in *ff. de legat. §. 5.* Item dicendo heredi praesenti, se relinquere legatum tale alteri. Lauterb. *l. c.* Scabelli. *sum. tractat. §. de legat. n. 1 & 3.* Porò legata profana facta extra testamentum, sive in scriptis, sive oretenus seu nuncupativè sine scripto nudis verbis requirunt quinque testes, non tamen necessario ad hoc rogatos, uno tamen eodemque tempore simul praesentes, dum testator voluntatem suam ultimam circa legata declarat, eamque, si inscriptis fiat, subscribitur, non tamen necessario subsigillantes, uti haec clarè exprimitur. *L. fin. in fine. c. de codicill. unde miratur Reiffenst. b. i. 665.* quod Pirch. *num. 87.* asserat sufficere duos aut tres testes ad legata extratestamentum. Dixi ad legata profana: ad legata siquidem pia, ut valeant tam intra quam extra testamentum facta sufficiunt duo testes quicumque rationis compotes. *c. 11. b. i. Molin. de 7. §. Tom. 2. tr. 2. d. 134. n. 4.* Bardili. *diff. de legat. ad pias cau. ch. 11.* Lauterb. ad *ff. de legat. §. 38.* cum communi. quin & sola manus testatoris. Lauterb. *l. c.* Brunem. ad *l. c. de ff. Eccles. Marvius. p. 2. decis. 5.* Reiffenst. *n. 666.* & alii passim imò sola notitia heredis; cum pro pia causa nulla requiratur juris solennitas; sed tantum, ut constet de voluntate testatoris. quin & idem est de legatis profanis, dum haeres fateatur defuncti voluntatem; cum etiam testamentum destitutum consuetis solennitatibus valeat. existente tali confessione heredis secundum dicta supra. de cetero dum extra praesentiam heredis, adeoque coram necessariis testibus fiunt legata profana, consultum est, ut testator prius moneatur, se nolle facere testamentum, sed tantum legata vel codicillos, ne aliàs heredes ab intestato venientes impugnent talem dispositionem, credentes esse testamentum, ideòque invalidam ob defectum solennitatum ad testamentum requisitarum, ac ita passim monent AA.

Quaest. 700. A quibus & quibus legati fieri possint.

1. Resp. Ad primum: legata ab omnibus & solis fieri possunt. qui potestatem & jus condendi testamentum habent. *L. 2. ff. de legat. 1. §. L. 2. ff. eod.* ubi id dicitur de fideicommissis, cum quo legatum idem est. Unde licet legata fieri possint extra testamentum, & independenter ab eo, potestas tamen ea faciendi supponit jus testandi.

2. Resp.